UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Quòd quò magis quispiam spiritualiter proficit, eò minus inanis fiduciæ concipit. 100.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50828

Visual Library

nos admonet, vt dum huiuſce lucis vſura fruimur, ſaluti noſtræ operam demus: Quoniam, inquit, apud inferos non eſt inuenire cibum.

Quòd quò magis quiſpiam ſpiritualiter proficit, eò minus inanis fiduciæ concipit.

100.

VT Manue numen diuinum in imagine vidit,
De nobis actum eſt funditus vxor, ait.
At cotrà hæc vxor: non, ſi nos perdere vellet,
Sumeret æthereus munera noſtra pater?
Quid ſibi vult, viſo Domino quòd corda mariti,
Turbantur; contrà fœmina firma manet?
Diſcimus hinc, quòd qui myſteria plurima noſit,
Plus timet: aſt illum ſpes animoſa leuat.

SCHOLIA.

Vt Manue) Quid eſt hoc, inquit Gregorius, quòd ad viſionem angeli, vir ſit timidus, Lib. 5. ca. 2.

&mulier audax,niſi quod nobis, dum cœleſtia demonſtrātur, ſpiritus quidem pauore ſe cócutit, ſed tamen ſpes pręſumit? Atq; etiam idem alio loco exponens viſionem quādam Danielis, in qua angelus, vt eum ingenti illo, in quo verſabatur, terrore liberaret, ad eum dixit, Noli metuere, Cùm inquit plus quod timeamus agnoſcimus, plus nobis de eo per internam gratiam infunditur, quod amemus.

Lib. 12. cap. 21.

Dan. 10.

Periculoſam in ſalutis negotio dilationem eſſe.

101.

Craſtina qui differt meliorem in tempora vitam,
Quis rectè hunc dicat conſuluiſſe ſibi?
An qui promiſit veniam, ſi crimina plangas
Craſtina promiſit tempora certa tibi?
Qui piger eſt hodie ſuperi ad mandata monarchæ,
Ipſius obſequio cras minus aptus erit.
Emporij tempus nunc eſt: ſi fluxerit illud,
Poſtea iam nulli quærere lucra licet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN